Universitätsbibliothek Paderborn

Iohannis de trittenhem abbatis spanhemensis ordinis sancti benedicti de obseruantia burßfeldensi. liber lugubris. de statu et ruina monastici ordinis

Trithemius, Johannes

[Mainz], [nach 11.IV. 1493]

Que[m]admodum sint cogendi ad subueniendu[m] ordini abbates inobedientes et rebelles. Cap[itulum] vij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31359

Visual Library

ilico reſignas? Scriptura diuina precipiens dicit. Si
videris nudũ operi eũ: et carnẽ tuã ne deſpexeris. Ecce
nudus ordo tuus. ecce lacera clamat religio tua: elemo
ſynã petit. ſuũ repetit: auxiliũ querit. Si vlla in te ſũt viſ
cera pietatis: ſi vlla p̃cordia dulcedis: ſi vlla tui ordinis
dilectio: ſi amor dei vllus: carnẽ tuã ne deſpicias: tantã
neceſſitudinẽ publicã ne cõtemnas. Honora eum qui te
prius honorauit: da illi elemoſynã qui te ſublimauit: lar
gire modicũ illi qui te in multis diuitẽ fecit. Quantũcũqꝫ
illi dederis nõ minuitur tibi quicqꝫ: ſi bonã tantũmodo
adhibeas voluntatẽ. Modicũ dabis et multũ recipies:
terrena largiter tribues. et celeſtia ſperabis. Nec te lateat
quoniã (vt vulgo dicitur) quicq̃d honori ſubtrahitur:
turpidini reſeruatur. Dicit enim ſententiator iuris. Hoc
tollit fiſcus: qđ non accipit chriſtus. Nõ caret reatu cri
minis: qui auariciã p̃ponit ordini pietatis. Sed quid
fruſtra nitimur? Non habet locum in cordibus prauis
ſermo pietatis. Qui verba dei deſpiciũt: quid mirum ſi
noſtra cõtemnũt? Multa licet eloquar: multa dicã: egre
gia ſuadeam: verbis ad cõtribuendum ordini rebelles
nunqꝫ inclinauero. Enĩuero niſi auctoritas veſtra o dñi
p̃ſidentes interueniat: monentis ſermo inuanũ laborat.
Ad officium igitur veſtrũ ꝑtinet rebelles flectere: vobis
cõmittitur inobediẽtes humiliare: noſtrũ eſt vr̃is ſanctio
nibus humiliter obtemperare. Si ergo cupitis ordinẽ
noſtrũ a prauorum incurſu defendere: curate in primis
abbates rebelles ad obedientiã reuocare: quia niſi ordi
nis inſtauretur vnanimitas: facile p̃ualebit aduerſario
rum impietas. Ait nãqꝫ in euãgelio dñs. Omne regnũ
in ſeipſo diuiſum deſolabitur: et domus ſupra domũ ca
det. Sola diuiſio: confundit ordinem.

Queadmodũ ſint cogendi ad ſubueniendũ ordini abbates inobedientes et rebelles. Cap. vij.

I deſit iudicibꝫ auctoritas cohercendi rebel-
les: fruſtra legiſlatio fiet. Semꝑ em̄ nitimur
in vetitum: et niſi coacti p̄ceptis reluctamur.
Nā vbi nō eſt metus poteſtatis: cōditio iuris
cito cōtemnitur. Cōſeruatio ergo legis: timor eſt pote-
16. ſtatis. Ubi autē remiſſio poteſtatis diſſimulat: vigor iu-
ris vacillat. Cōſtitutio em̄ quātūlibet ſancta vel neceſſa-
ria: in obliuionē cito rapitur: ſi deſit auctoritas qua con-
temptus puniatur. Tolle poteſtatē et aliud nō erit reſpu-
blica: q̄ꝫ plena ſeditionis cōfuſio. Ruſtica em̄ feritas: ra-
tione nō ducitur: māſuetudine nō ſedatur. Inter noſtra-
tes quoq̄ꝫ (deus emendet) multi ſunt abbates et mona-
chi: ruſticis groſſiores: beſtijs immitiores, qui ad obſer-
uantiā mandatoꝝ dei et regule māſuetudine nō flectun-
tur: exhortationibus quantūlibet ſanctis nūq̄ꝫ p̄ſuaden-
tur. His ſi auctoritas p̄ſidentium non obuiauerit: nulla
vnq̄ꝫ obedientia capituli ducerent. Ob eā cauſam ſummi
pontifices. hui⁹ ſacratiſſimi ꝓuincialis capl'i fundatores.
multa nobis opportuna ſtatuerunt remedia: quibus ad
ſubuentionē ordinis ſubiectos capl'o abbates poſſimus
cōpellere. Habemus auctoritatē: de poteſtate heſitamus
Et q̄d valet auctoritas. ſine poteſtate? Si vultis orna-
tiſſimi patres vt apertius dicā. q̄d de poteſtate auctorita-
tis figurare voluerim: dabitis veniā ſi puſillanimitatem
veſtrā (ne dicā negligentiā) notauero. Ecce centū viginti
ſeptem abbacias ſub noſtro capl'o ꝓuinciali conſtitutas
agnouimus: ſed non ab om̄ibus ſubſidia cōtributionis
debite accipimus. Quare hoc? Auctoritatē exigendi re-
cepimus: ſed poteſtatē non exercemus. Sponte oblata
recipimus: inobedientes cogere formidamus. Certus
ſum etenim q̄ multi abbates nr̄e ꝓuincie ad ſubuentio-
nē ordinis nihil cōtribuūt: immo ſi requirantur quaſi ex
p̄ſcriptione cōtradicūt. Quid eſt q̄d facimus? Quare tā
diu diſſimulamus? Sponte currenti adhibemus calca-
ria: iacenti immo recalcitranti nec verbera quidē appo-
nimus. Hinc ſtatutorum noſtroꝝ cōtemptus naſcitur:

auctoritas capituli deſpicitur: hereditas ordinis vndiqȝ vaſtatur. In vos hec ferenda ſunt o patres: qui rebelles in principio domare negligitis. Cōſiderate q̄d paritura ſit tandē iſta diſſimulatio: et ſi ordinē vr̄m diligitis de remedio quātocius cogitate. Debile corpus eſt et diſſolutioni proximū: quod ſolacio mēbroꝝ ſuoꝝ deſtituitur. Ecce de centū vigintiſeptē abbatibus q̄ȝ paucos cernitis in p̄ſenti capl'o qui om̄es intereſſe debuerāt ex ſtatuto. Ubi ſunt reliqui? Ubi omniū ꝓcuratores abſentiū? Pauci ad neceſſitatē ordinis cōtribuerūt: ſtatuta ordinis ſeruāt pauciores: ad capl'm pauciſſimi cōuenerunt. Ubi ſunt lr̄e excuſatorie illoꝝ qui ꝓcuratores nō miſerūt? Ubi expenſe duplices rebelliū? Quis abſentiū et rebelliū penā dupli in multis annis vnq̄ȝ compulſus eſt ſoluere? Quid proſunt nobis ſtatuta: q̄d iura: q̄d priuilegia ſummoꝝ pontificū iuuant: ſi in tp̄e neceſſitatis non practicātur? Ecce benedictus papa duodecimus nobis opportune in om̄ibus prouidit: dū aduerſū cōtumaces et rebelles cenſurarū frena imponēda ꝓmulgauit. Quid ergo moramur? Quare contra inobedientes cōceſſa nobis remedia nō practicamus? Uere patres nō eſt laudabilis iſta quā facimus diſſimulatio noſtra. Paucorū eī̄ diſſimulata rebellio: multis reluctandi erit occaſio. Si autē ꝑ diſciplinā paucitas ad obedientiā compellit̄ audacia multitudinis timore cohercetur. Om̄e regnū in ſeipſo diuiſum deſolabitur: et om̄is religio a ſeipſa diſſentiens paulatim diſſipatur. Non eſt venuſta ſpecies ordinis: vbi tumultuat confuſio vnitatis. Prima eī̄ in om̄i republica deſolacōnis via eſt: inobedientia ſubditoꝝ. Si ergo (patres venerādi) capl'm prouinciale cōtinuare cupitis: ſi dimēbrationibus monachoꝝ obuiare vultis: ſi deniqȝ ordinem veſtrū ab inimicoꝝ manibus defendere optatis: curate in primis ad obedientiā reuocare contumaces: ne q̄d foris ꝑ induſtriā acquiritis: intus ꝑ diuiſionē ſubditoꝝ amittatis. Q̄d quidē in primis ſuauiſſimis exhortationibus temptandū eſt: quas ſi obdurata

E

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceruice cõtempſerint: durioribus ſunt increpacõnibus fe
riendi. Si vero nec blanda curauerint nec aſpera: iam
contra eos cenſura ꝓmulgatur eccleſiaſtica. Stulti enim
cohortacõnibus nõ emendantur: ſed elati fiunt. In his
his tamen modus habendus eſt et neceſſaria diſcretio:
ſine quibus nulla vnq̃ȝ mitigatur rebellio. Satius eſt em̃
oues habere debiles q̃ȝ nullas. Sed q̇s tam idoneus: vt
diſcretionẽ vbiqȝ cuſtodiat? Difficile eſt modũ om̃ibus
adhibere factis. Oportet autẽ eũ qui aĩas infirmas cu-
rare vult: et ſeuerũ eſſe et pium: et velut ex vtroqȝ quodã
medio temperatũ: vt nec ſeueritas ſit nimia: nec pietas
remiſſa. Nam alterũ frangit: alterũ reſoluit. Modus au
tem cohercendi rebelles et cõtumaces ille pulcherrimus
eſt: quẽ longa experientia ſeniorꝫ cõmendat.

De celebrando capitulo ꝓuin-ciali. Cap. viij.

Conuenientibus nobis in vnũ (preſtantiſſimi
patres) q̇d celebratio capituli ꝓuincialis re-
quirat ſollerter indagemus. Maxima em̃ vis
ſtabilitatis nr̃e in ip̃o ponitur: ſi rite celebretur. Nã vni
cum ordinis nr̃i fortalicũ eſt: ſine quo tota cõfunderet
religio noſtra: ſicut apparet in eis q̇ in multis annis nul
la celebrauerũt capitula. Capitulũ em̃ eſt cõſeruatio ordi
nis: incrementũ diſcipline regularis: adunatio vnitatis.
In eo nãqȝ moribꝫ datur integritas: mentibus augetur
puritas: vite regularis inſtauratur equalitas. Sed ad
illud q̇d requiritur: vt rite celebretur? Audi quid celebra
tio eius ſyncera expoſtulet? Requirit ergo zelum: requi-
rit ſcientiã: requirit pietatẽ. Sine his tribus: nihil valet
celebratio capituli. Nã ſi deſit zelus: q̇s corripiet delin-
quẽtes? Si deſit ſcientia: quẽ fructũ euſelia pariet nimia.
Rurſum ſi deſit pietas: nec zelus amorẽ recipit: nec ſci-
entia diſciplinã. Ad omnia em̃ pietas valet. Zelus acuit.
ſcientia dirigit: fructũ pietatis ꝓducit. Sine zelo ſcien-